





Ant. 

iv. 

toni. 

SPERET. Ps. 130. Dómine non est exaltátum cor




me-um : * neque e-lá-ti sunt ó-cu-li me-i.

Neque ambulávi in magnis : * neque in mirábilibus super me.

Si non humíliter sentiébam : * sed exaltávi ánimam meam :

Sicut ablaçtátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.


Speret Israel in Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.


Ant. 


SPERET Isra-el in Dómino.

Cetera fiant ut Feria secunda.


FERIA QUINTA.

Ant. 

iv. 

toni. 

ET omnis. Ps. 131. Meménto Dómine David, *



et omnis mansu-e-túdi-nis e- jus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitaciónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam lo-